IO. BAPTISTAE ZANNONII

R. ANTIQUITATUM INTERPRETIS

IN MUSEO FLORENTINO

INSCRIPTIONUM

LIBER ALTER

POLIGRAFIA FIESOLANA
1822

CAPVT PRIMVM.

TEMPLA, SACELLA, ALIAQVE SACRA.

I.

Ad S. Mariae in Castro Signae.

Aedes . haec . Deo . sacra . in . honorem . Mariae Matris . eius . paroeciae . iure . et . titulo . aucta . est ante . annum . DCC. XLVI. quo . eam . Contarenum Venetum . constat . rexisse .

VI. id . Septembr . an. M. DCCC. XVI. a . Petro . Francisco Moralio . Archiepiscopo . Florentino . consecrata est . Curione , Caietano . Gianninio . qui . eam a . decessoribus . suis . amplificatam . instauratamque pictura . expolivit . auro . atque . argento . caelato sericisque . et . lineis . vestibus . ad . sacra . excoluit aras . minores . II . ab . inchoato . extruxit . aeraque campana . IV . liquatis . duobus . veteribus . per fusorem . Sanctem . Gualandium . Pratensem conficienda . curavit . et . corpus . S. Placidi . Martyris sub . ara . maxima . posuit .

Placidus . Civis . Romanus . Romae . martyrium fecit . an. CC. LI. aet . s. XVIII. imperante . Decio eiusque . Reliquiae . e . Callisti . coemeterio . effossae an. M. DC. donum . datae . sunt . Florentino . Virginum Franciscalium . Collegio . ad . aedem . S. Mariae . de

Monticellis . eoque . an. M. DCCC. X. cum . ceteris deleto . concessu . Annae . M. Guadagniae . postremae Collegii . eiusdem . moderatricis . solemni . pompa XVIII. Kal. Septembr. an. M. DCCC. XII. in . hoc Templum . sunt . translatae .

Quarum . rerum . ne . aetas . aboleret . memoriam eas . Caietanus. Gianninius . s. d. posteritati . tradebat an. M. DCCC. XX.

II.

In aede S. Nicolai extra Florent.

Aedem . hanc . Deo . sacram
in . honorem . Nicolai . Pontificis . Myrensis
et . domum . curialem . vetustate . corruptas
Octavianus . Iulianus . Flor. Sacerd. prior
in . elegantiorem . faciem . ab . inchoato . restituit
de . pecunia . patrimonii . sui
deque . ea . largissima
quam . Ferdinandus . III . piissimus . Princeps
in . opus . contulit
quod . an. M. DCCC. XV. absolutum . est .

III.

In aede S. Viti prope Florentiam.

Aedem . hanc
loci . angustia . et . vetustatis . squalore
religionum . sanctitati . maiestatique . indecoram

Caietanus . Corsius . Sacerdos . prior
sua . et . piorum . praecipue . popularium . stipe
amplificavit . et . excoluit
eamdemque . Petrus . Franciscus . Moralius
Archiep . Flor .
IV. Kal. April. an. M. DCCC. XVIII. consecravit
et . huic . consecrationi . quotannis . recolendae
primum . mensis . Maii . dominicum . diem
pro . sua . auctoritate . constituit .

IV.

Florentiae in aede S. Remigii.

Anno . M. DCCC. XVIII.
elevatis . pecunia . Communis . Florentinorum
viis . hanc . aedem . ambientibus . et . platea
eaque . silice . strata
Iosephus . Rigolus . Sacerdos . prior
Curiaeque . populus
eiusdem . aedis . parietes
extrinsecus . instaurandos . curarunt .

V.

Ibidem.

Templum . hoc . Deo . sacrum
in . honorem . Remigii . Episcopi . Rhemensis
extra . urbem . primitus . extructum
in . eaque . post . annum . M. LXXVIII .

amplificato . murorum . ambitu . inclusum
in . hanc . formam . saeculo . XIII . est . refectum
et . an. M. DCCC. XXI. stipe . curionis . et . populi
instauratum .

VI.

In Sacello Bardiorum .

Camillus . et . Henricus . Bardii . Fratres
qui . et . Serzellii . comites . Vernienses
Sacellum . hoc . excitarunt . anno. M. DCCC. XV.
Deoque . dedicaverunt . in . honorem . Theresiae
ob . plura . insigniaque . Sanctae . huius . Virginis
in . se . beneficia
domusq . tutelam . universae . ab . ea . benigne
susceptam .

VII.

Monte Nigro prope Liburnum ad aedem Mariae Virg.

Templum . hoc
Deo . sacrum
in . honorem . Mariae . Genitricis . eius
in . quo . imago . istius . colitur
ex . Euboea . idib . Maiis . an. M. CCC. XLV.
divinitus . advecta
diademate . IV. non. Ma. an. M. DC. XC.
ornata

universique . orbis . religione . percelebris
Pius . VII. Pont. Max.
XII. Kal. Septemb. an. M. DCCC. XVIII.
Basilicae . iure . et . titulo . auxit
rogatu . Everardi . Brunii . Abb.
qui . et . marmor . posuit . ad . memoriam . posteritatis.

VIII.

Exposita ad aedem curialem agri vulgo Remoluzzo.

Imaginem . Deiparae . ab . nive
sanctissime . in . hac . aede . adservatam
Sacerdos . prior . et populus
permissu . Archiepiscopi . Flor.
VIII. Kal. Iun. an. M. DCCC. XVI. publice . venerandam
proponunt
et. . postridie . splendidissima . pompa
LX. post . annis . per . curiam . ducunt
quodque . bini . hi . dies . festi . salubriores
colentibus . sient
Pius . VII. Pon. Max.
iubilaeum . benignissime . indulsit
Virgo . Mater
volens . propitia . semper . nobis . adsis
ut . religio . pietas
fervidior . nostris . in . cordibus . quotidie . fiat
et . fertilitas . in . agris . nostris . perpetuo . habitet.

IX.

Exposita Florentiae ad Sacellum publicum Oricellariorum.

Deo . aeterno
Vitae . hominum . potenti
quod . Ferdinandum . III . M . E . D .
Principem . optimum . indulgentissimum
vehementi . tentatum . morbo . sanitati . reddiderit
(1) . II. viri . aleae . publicae . procurandae
atque . administri . universi
gratias .

X.

Florentiae in Lychnucho pensili ex argento, divitis elegantissimique operis, ad aram Mariae Virg. ab Angelo salutatae aedis PP. Servorum.

Mariae
Genetrici . Dei
Ferdinandus . I . utriusque . Siciliae . Rex
donum . dedit
IX. Kal. April. an. M. DCCC. XXI.
ob . pristinum . imperii . decus
ope . eius . praesentissima
recuperatum .

(1) *I due Deputati all' Ufizio de' Lotti.*

XI.

In nomismate votivo.

Mariae . praesenti
Aloisia . Borghia
Angeli . Maiolae . vidua
gratias
quod. Kal. April. an. M. DCCC. XXI.
curru . quo . rure . in . urbem . revertebatur
a . furentibus . equis . everso
ope . eius . incolumis . evaserit .

CAPVT II.

QVAE PERTINENT AD VIROS PRINCIPES.

I.

Florentiae in pronao aedis Marianae Monachorum Cassinens.

Pio . VII. Pont. Max.
graves . pro . re . christiana . tuenda . aerumnas
perpesso
quod . in . hac . aede . Nonis . Maiis . an. M. DCCC. V.
Iesum . Mysteriis . abditum
spisso . populo . ad . adorandum . ostenderit
et . conclave . comitiorum . ingressus
Monachos . exterosque . complures

ad . osculum . pedis . admiserit
Collegium . Sodalium . Cassinensium . ad . S. Mariae
praecipuo . ordinis . sui . ornamento
marmor . ad . memoriam . posterorum . a. M. DCCC. XVII.

II.

Pisis in aedibus Pontificalibus.

Pio . VII°. Pontifici . Max. Sanctissimo
et . ab . aerumnis . invicto
qui . anno . M. DCCC. XV.
Roma . ob . bellum . Neapolitanum . extorris
et . Genuam . ad . perfugium . contendens
IV. Kal. Apriles. hisce . in . aedibus . tantisper . substitit
dum . ientaculo . cum . comitatu . suo . reficeretur
pedem . osculandum . compluribus . porrigeret
et . de . fenestra
spissum . populum . Pontificia . precatione . lustraret
quique . pridie . Kal. eiusdem . mensis
cum . Liburno . solvere . nequisset
Pisas . regressus
templorum . omnium . aeribus . campanis . laetum
sonantibus
universaque . urbe . cum . Archiepiscopo . suo . obviam
effusa
aedem . principem . adiit
indictae . supplicationi . interfuit
Christumque . immolatum
ostentante . cum . Philippo . Sardio . Pontif. Lucensi

de . more . adoravit
et . hanc . domum . cum . PP. Cardinalibus
ceteraque . cohorte . iterum . subiens
omnes . ordines . ad . osculum . pedis . admisit
ibidemque convivatus
usque . ad . posterum . mane . commorari . dignatus . est
Raynerius . Alliata
Archiepiscopus . Pisanus . Corsicae . et . Sardiniae
Primas
scriptum . marm. pon. cur.
ad . memoriam . dignitatis . sibi . locoque
ab . hospite . orbis . terrarum . summo . conciliatae
serioribus . etiam . posteris . tradendam .

III.

Liburni ad fontem publicum.

Honori
Ferdinandi . III. M. E. D.
providentissimi . Principis
quod . ductum . aquae . salubrioris . uberiorisque
quem . ausu . veterum . sumptu . ingenti
a . capite . fontis . ad . plura . passuum . millia
promoverat
et . proxime . acti . temporis . vel . difficultas
intermiserat
vel . frugalitas . parum . provexerat
Etruriae . suae . restitutus
amplissimo . item . impendio . summaque . celeritate

consummavit . an. M. DCCC. XV.
Liburnenses . publice
ad . tanti . beneficii . memoriam . posteritati
propagandam .

IV.

Ibidem.

Dum . puro . Nais . praeses . quae . est . adsita fonti
Dignum . Romulidis . surgere . cernit . opus
Arctatosque . stupet . latices . queis . obiice . nullo
Latum . per . rupes . ante . dabatur , iter
Fernando . mihi . dulce . inquit . famularier . undis
Quum . is . mage . quam . dominus . gaudeat (esse . pater.

V.

Florentiae ad urbanam portam, cui nomen ab Cruce est.

Ferdinando . III. M. E. D.
Parenti . Civium
quod . anno . M. DCCC. XVII.
ad . quaestum . pauperibus . in . frugum . sterilitate
suppeditandum
iuvandumque . commercium
novas . vias . sumptu . ingenti . aperuerit
per . quas . hinc . ad . vallem . arni . superiorem
Casentinum . Romandiolam

vehiculare . pateret . iter
itemque . hanc . portam . instauraverit
squalentibusque . prope . eam . dirutis . aedificiis
atque . introitus . exitusque . acclivitate . complanata
elegantiorem . opportunioremque . reddiderit
Florentia . Principi . optimo . munificentissimo .

VI.

Lucam missa .

M. Aloisiae . I. H. Lucae . Princ.
quod . Lyceum
iuventuti . severioribus . disciplinis . artibusque
optimis . erudiendae . aperuerit
instrumentis . et . machinis . liberaliter . instruxerit
et . ad . summum . ei . decus . impertiendum
indulgentissimique . in . cives . animi . documentum
Carolum . Filium . dignum . Borbonica . gloria
praesidem . dederit
Lucenses . Dominae . munificentissimae .

VII.

Florentiae in Viridario Corsiorum.

Marchio . Thomas . Corsius
aquam . a . regalibus . proximis . hortis . recusatam
quam . a . Ferdinando . III. M. E. D. impetraverat
huc . subterraneo . rivo . ad . loci . usum
amoenitatemque . perduxit

et . tabulam . cum . inscriptione . lapideam
beneficium . indulgentissimi . Principis . testantem
addidit . an. M. DCCC. XV.

VIII.

Massae.

Mariae . Beatrici . Estensi
Archid. Austr. Duci . Massae . et . Carrariae
Massenses . publice
ad . commemorationem . diei . prid. Non. Iul.
A. M. DCCC. XVI.
quo . die . urbi . auspicatissimo
magnanimam . dominam . et . clementissimam
parentem
quam . superiorum . temporum . saevitia
imperio . at . non . civium . animis . abstraxerat
felicitate . et . iustitia . Principum . foederatorum
restitutam
festo . apparatu . omnique . laetitia . exceperunt
consciique . adfectionis . eius . in . se
vel . dum . abesset . maximae
et . praeteritorum . memores . beneficiorum
in . certam . futurae . faustitatis . spem
sunt . erecti .

IX.

Florentiae in Viridario Ricasolorum.

Leopoldus . Borbonius

Salerni . Princeps
et . M. Clementina . Austriaca . uxor . eius
Cum . M. Aloisia . Parmens. Placentinor. Vastalleus. D.
et . Leopoldina . Brasil. Princ. sororibus
hic . processum . rhedarum (1)
et . certamen . equorum . infrenium . prospectarunt
v. Kal. Aug. an. M. DCCC. XVII.
seque . heris . benignitate . sermonis . faciles
praebuerunt
Leopoldus . Ricasolus . Zanchinius . Marsuppinius
eques . ord. S. Stephani . per . Florentiam . Prior
marmor . cum . inscriptione
ut locus . a^v. tantis . hospitibus . honestatus
suis . etiam . posteris . augustus . siet .

X.

Pistorii in aedibus Pontificalibus . Haec et sequens Inscriptio prodierunt Pistorii, Prati, et Romae in Ephemer. Arcad. an. 1820 *Tom.* 8.

Anno . M. DCCC. XVIII.
Ferdinandus . III. Magnus . Etr. Dux
quo . in . Tusciam . redeunte . felicitas . rediit
Apenninigenas . calamitatibus . fractos
ut . pro . sua . munificentia . reficeret . invisurus
Episcopalem . Ignei . villam . M. Aloisia . Filia

---

(1) *processum rhedarum=il corso delle carrozze.*

comitatus
XVII. Kal. Aug. ob . pausam . itineris . adiit
iidemque . in . urbem . principem . reversuri
rogatu . Decurionum . XI. Kal. item . aug. Pistorium
advecti
triduo . hisce . in . aedibus . constitere
ad . quas . et . Leopoldus . Regni . heres . et . M.
Anna . Vxor . eius
x. Kal. s. d. Mensis . advenerunt
Franciscus . Tolius . Episcop. Pistorien . et . Praten.
marmor . honori . Principum . indulgentissimorum
qui . praesentia . sua . studium . et . admirationem
civium . gestientium
in . se . magis . incenderunt
et . ad . dignitatem . locis . a . magnis . hospitibus
conciliatam
notitiae . posterorum . tradendam .

XI.

Ibidem.

Imperatori . Caesari
Francisco . I. Austriaco
et . Ferdinando . III. M. E. D. Fratri . eius
quod . XVII. Kal. Aug. an. MDCCCXIX. Pistorium . invecti
templa . ipsius . illustriora
contubernium . tum . clericis . tum . exteris . iuvenibus
erudiendis
et . domesticum . gentis . Rospigliosiae . sacellum

elegatissima . Ioannis . ab . S. Ioanne . pictura
exculum . inviserint
celetum . certamini . interfuerint
adventuque . primo . has . aedes . ingressi
in . queis . ad . mane . diei . posteri . hospitati . sunt
magistratus . civitatis . et . primores . Cleri
benignissime . exceperint
atque . in . earumdem . speculam
ad . subiectam . spatii . circumundique . amplissimi
planitiem . prospectandam . ascendere . sint . dignati
Franciscus . Tolius . Episcop. Pistor. Prat.
quem . Augustus . mensa . et . dono . largissimo
honoravit
tabulam . cum . inscriptione . marmoream . pos.
ut . memoria . perstet . diei . s. d.
quo . Pistorienses . summo . aucti . decore
urbe . nocturnis . luminibus . collustrata
se . totos . laetitiae . tradiderunt .

XII.

Liburnum missa

Honori
M. Aloisiae . I. H. Lucae . P.
Caroli . Ludovici . I. H. Filii . M. Theresiae . uxoris
huius
et . M. Aloisiae . Carolottae . I. H. filiae
quod . anno . M. DCCC. XX.
Ferdinando . I. utriusque . Siciliae . Regi

Liburnum . adpulso
ut . Labacum . ad . foederatorum . Principum
conventum . procederet . occurrentes
hisce . in . aedibus . XII. et . XI. Kal. Ianuar.
manere . sint . dignati
itemque . honori
ipsius . Ferdinandi . I. et . Ferdinandi . III. M. E. D.
qui . excelsi . excelsos . hospites . invisentes
dignitatem . loco . et . hero . ab . his . impertitam
sua . praesentia . amplificaverunt
Antonius . Filicchius . eiusdem . M. Aloisiae . trapezita
scriptum . marmor . pon. cur.
ne . facti . memoriam . ulla . umquam . amitteret
posteritas .

XIII.

Florentiae ad S. Crucis.

Praeclari . operis . tabulam
in . qua . Angelus . Bronzinius . laudatissimus . artifex
Christum . antiqui . Foederis , pios
ex . inferna . custodia . educentem . expressit
et . corpora . pulcherrima . intecta . depinxit
Ferdinandus . III. M. E. D.
loci . consulens . reverentiae . artiumque . optimarum
utilitati
Sacelli . patrono . qui . supra . scriptus . est (1)

(1) *Patronus est Eques prior Leopold. Ricasolus, cuius nomen legitur in inscriptione superius posita.*

+ hinc

adnuente

in . Museum . Florentinum . ~~transtulit . an. M. DCCC. XXI.~~

CAPVT III.

INSCRIPTIONES MISCELLANEAE.

I.

In Praetorio regio vulgo l' Imperiale . *Inscriptio edita Florentiae in Serie III. operis: R. Galleria di Firenze tom.* 2. *pag.* 160.

Testudinem
quam . Matthaeus . Rossellius
ad . maius . aedium . istarum . decus
pictura . elegantissima . exornavit
Petrus . Leopoldus . M. E. D.
ne . ob . novas . extructiones . diruerctur
pristina . sede
per . Mechanicum . Gasparem . Paolettum
idib . April. an. M. DCC. LXXIII. amolitus . est
ipsamque
M. D. Ferdinandus . III.
eadem . de . causa . loco . rursus . movendam
et . huc . transferendam . curavit
Machinatore . Josepho . Caciallio
VI. Kal. Septembr. an. M. DCCC. XVIII.

+ transferri . voluit
propter . ea . hanc . ab . alexandro . albio . ec
forotam . substitui
anno . M . DCCC . XXI .

II.

Florentiae ad Theatrum, cui ab Carolo Goldonio nomen est. Edita ibid. in Opusculo de eodem theatro.

Aedes . a . Baldaccio . de . Anglario
et . Anna . Helena . uxore . eius . olim . comparatas
Garganus . Garganius . Florentinus
feriatis . civibus . erudiendis . hilarandisque
in . theatrum . convertit
cui . XXIV. Viri . spectaculis . procurandis
ut . mansuram . ei . conciliarent . dignitatem
nomen . a . Carolo . Goldonio
Comicorum . quos . Italia . tulit . facile . principe
indiderunt
iidemque . memoriam . ausus
supra . privatorum . hominum . vires
inscripto . marmore . posteritati . tradebant
an. M. DCCC. XVII.
quo . opus . ingens . paucis . ante . mensibus
inchoatum
feliciter . absolutum . est .

III.

Liburnum missa.

Richardus . Pacinottus . Liburnensis
his . aquae . dulcis . et . salsae . balneis

emptis . ampliatis . ornatisque
ut . in . eas . sinceriorem . quam . antea
maris . undam . inveheret
ductum . ipsius . ad . passuum . ccc. ultra . litus
promovit
idem . labra . marmorea . adauxit
tubulos . aquis . in . membra . hominum . morbis
tentata . defundendis
et . pegmata . sulphureis . vaporibus . excipiundis
adiunxit
universum . opus . quod . bene . aegrotis . cedat
feliciter . absolvit . an. M. DCCC. XVII.

IV.

Inscriptio edita in Collezione dell' opere del Cav. Conte Alessandro Volta Tom. II. par. I. *Quae sylloge prodiit Florentiae an.* 1816, *opera et studio Clar. V. Vincentii Antinorii Patricii Florentini.*

Alexandro . Voltae . Novocomensi
quod . electrici . ignis . vi . naturaque
cunctis . retro . melius . explorata
instrumentisque . ad . eum . tentandum
congerendumque
opportunioribus . sagacissime . inventis
per . quae . et . aliorum . repertis . via . patefacta . est
florentissimam . Italiae . gloriam . amplificaverit .

V.

Montulmi: in fronte aedium gentis Lanziae. Edita Romae in Ephemerid. Arcad. Tom. 9. an. 1821.

Honori
Aloisii . Lanzii . Montulmiensis
quem . sapientissima . de . Etruscorum . veterum
lingua
italicisque . pictoribus . volumina
ad . famam . perennem . protulerunt
Caietanus . Fratris . Filius . heres
marmor . posuit . in . fronte . aedium
quas . vir . magnus . a . maioribus . acceptas . incoluit
uti . animi . erga . talem . patruum . gratissimi
memoria
in . serius . permaneat . aevum
utique . posteri . sui . civesque
tanto . excitati . exemplo
patriae . gloriae . enixius . studeant . inserviantque .

VI.

Edita Florentiae in Libello in quo Casolinii concionibus carminibus plauditur.

Aloisio . Casolinio . Romano
in . patrio . archigymnasio . Academiae . Theologicae
censori . emerito

poetae . optimo . oratori . docto . diserto
qui . ob . ingeniosos . fluentesque . sermones
absque . canina . littera
ad . nativam . linguae . in . ea . proferenda
haesitantiam . devitandam
scriptos . editosque
late . per . Italiam . percelebris . est
quique . Florentiae . per . ferias . quadragesimales
an. M. DCCC. XVI.
in . aede . tit . S. Spiritus . concionibus . habitis
vi . nexuque . argumentorum . copia . rerum
stili . elegantia
confertissimis . auditoribus . quotidie . placuit
sed . ita . ut . ipsi . maxime . sibi . displicerent
Florentini . admiratione . affecti . applaudebant
vel . potius . ingentem . peccantium . numerum
qui . eo . perorante . excitati
se . ad . bonam . frugem . receperunt
gratulabantur .

CAPVT IV.

FVNERA ET PRECES PRO MORTVIS

I.

Exposita ad aedem Misericordiae in vico Dioecesis Florentinae, vulgo La Lastra a Signa.

Petro . Borettio . I. V. D.

actori . causarum . solerti
tantaeque . integritatis . et . abstinentiae
ut . in . tota . vita . lites . potius . componere
quam . suo . quaestu . in . iudicium . deducere
praeoptaverit
vix. an. plus . minus . LXIV.
decess. ex . repetito . apoplexis . ictu
XII. Kal. Decemb. an. M. DCCC. XV.
Sodalitas . Misericordiae
Sodali . ordinis. I. honorario . (1)
fratris . filii . patruo . optimo . tutori . beneficentissimo
amici . viro . probo . religioso . solatori . egenorum
funus . et . lacrimas .

II.

Exposita Florentiae in fronte Aedis S. Aegidii ad Valetudinarium S. Mariae Novae.

A ☧ Ω

Camillo . Ferdinandi . Com. Sen. f. Capponio
praefecto . Valetudinariorum . urbis
viro . prisci . instituti . Dei . et . hominum . caritate
unice . acto .
quem . Religio . fervidum . habuit
pupilli . viduae . pauperes . aegroti
fructuosissimum . magno . vel . sumptu . eius

(1) *Capo di guardia onorario.*

vel . incommodo . experti . sunt
cuius . immaturum . lethum
omnium . ordinum . lacrimis . honestatum . est
ILL. viri . nosocomio . procurando
patricio . incomparabili . ornamento . aequalium
posteris . documento
funus . et . laudationem
heu . qualem . virum . amisimus !
quisquis . ades . vestigiis . eius . ingredere
et . tu . Deo . et . tu . patriae . natus . es .

III.

Haec et sequentes inscriptiones IV; quae Florentiae prodierunt, expositae sunt in aede Sodalium Stigmaticianorum quae Florentiae est. In fronte aedis inscriptio fuit.

A ☧ Ω

Camillo . Capponio
viro . morum . veterum .
et . animi . a . cupiditatibus . invicti
qui . propriis . posthabitis . commodis
et . stipe . liberaliter . impensa
opis . cuiuscumque . indigos . solatus . est
quique . benefacta . sua
fere . sibi . nedum . ceteris . occulere . studuit
Sodalitas . Stigmaticiana . sodali . maximo (1)

---

(1) *Guardiano*.

ob . merita
et . edita . sanctimoniae . insignis . exempla
Sacra . funebria
qui . legis . et . tu . virtutem . sectare
ea . siquidem . una . Deum . conciliat . et . homines
in . funere . bonis . superstitibus
exprimit . fletum
memoriam . post . obitum . parit . diuturnam .

IV.

In parte adversa pilae quae fulcit fornicem aedis.

Mens . vere . sana . tibi . fuit . Camille
qui . Dei . mandatis . semper . obtemperasti
omni . tunc . libertate
dulciorem . servitutem . servisti
gaudia . nunc . hauris . ineffabilia .

V.

In parte aversa .

Non . quia . vixisti . castus . integer . pius
tibi . mortuo . illacrimamur
sed , quia . te . pereunte
exemplum . decus . et . columen . nostrum . periit
dolemus .

VI.

Ad dextrum latus.

Dignitatem . generis
humilitate
et . rerum . humanarum . contemptu
melius . quam . fastu . luxuque
tuitus . es .

VII.

Ad sinistrum latus

Te . Patria . te . Domus
Te . Sodales . quaerunt
omnibus . moriens
tui . desiderium
reliquisti .

VIII.

Sabinianum missa.

A ☧ Ω

Laurentio . Vallicellio
integritate . vitae . scientia . graeci . sermonis
latinis . vulgatis . carminibus
et . fide . solertiaque . in . gerendis . negotiis . praeclaro
qui . rei . civicae . difficillimis . temporibus

praepositus
patriam . vel . impendio . suo . maxime . iuvit
Iulius . Rasponius . Comes . et . eq. Steph.
viro . benemerentissimo
cuius . supremis . tabulis
qui . prior . sibi . nasceretur . filius
patrimonii . eius . satis . lauti . institutus . est . heres
sacra . funebria.

IX.

Florentiae exposita ad aedem S. Mariae Monachorum Cassinensium.

L'hidemque ed. [illegible]

Horatio . Principis . Camilli . f. Borghesio
domo . Roma
equiti . ord. Hispan. S. Iacobi
praefecto . legionis . in . exercitu . Regis . Hispaniarum
eiusdemque . legato . extra . ordinem
cum . liberis . mandatis . ad . Borussiae . Regem
viro . comi . suis . et . notis . omnibus . acceptissimo
cuius . bellica . laus . et . sedulitas . fidesque
in . publicis . amplissimisque . muneribus . obeundis
pietate . erga . Deum . et . Superos
atque . effusa . in . pauperes . benignitate
cumulatae . sunt
fratris . filii . patruo . unanimi . benemerentissimo
qui . vix. an. p. m. LXXXI. decess . IV. id . Ma .
anno . M DCCC. XVII.
Sacra . piacularia.

Quisquis . bonas . ei . preces . precaturus . ingrederis
animum . advertito
atra . etiam . tibi . ingruit . dies
in . ea . recte . factorum . conscientia . substentat
turpium . recordatio . solicitudinem
nec . raro . incassum . ciet .

X.

Florentiae exposita ad aedem Marianam Patrum Carmelitarum Calceatorum.

Dei . Filio . Misteriis . abscondito
Thomas . Corsinius . Princeps
et . Nereus . frater . Consiliarius . Magni . E. D.
M. Felicem . Barberiniam
optimam . carissimamque . parentem
vita . puriter . acta
profusoque . in . colendis . coelitibus
iuvandisque . aere . pauperibus . praestantem
indicta . supplicatione . commendant
Qui . legis
et . tu . non . uni . tibi
sed . Deo . etiam . et . opis . tuae . indigis
in . tempore . vivas
ut . post . tempus . cum . Deo . Piisque
in . perpetum . vivas .

XI.

Exposita ad eamd. Aedem.

Christo . Iesu . praesenti
largitori . beatitatis . aeternae
Thomas . Corsinius . princeps
supplicationem
ad . exorandam . Superum . pacem
Antoniae . Iosephi . Imp. Bar. fil. Waldstaetten . Vindob.
uxori . suae . desideratissimae . feminae . piae . comi
atque . ingenii . solertis . et exculti
quae . virum . et . sobolem . valde . dilexit
aere . inopes . largissime . iuvit
viridique . aetate . repentino . morbo . sublata
gravem . suis . et . diuturnum . intulit . luctum
civitati . prope . universae . moerorem . excivit
Etiam . tu . quisquis . ades . mortalis . es
si . haec . tua . penitus . in mente . insideat . cogitatio
profecto . semper . quasi . quotidie . moriturus . vives.

XII.

Inscriptio viritim distributa Florentiae in aede S. Mariae Maioris.

Christo . Iesu
Patrem . inter . et . homines . sequestri
supplicationem
animae . Com. Balthassaris . Pecori . Giraldi . expiandae

filii . eius . indicebant
hic . quem . Leopoldus . Magnus . Etr. Dux
inter . Aulae . ephebos . et . custodes . corporis . adlegit
cohortisque . urbanae . centurionem . iussit
pater . familias . fuit . diligentissimus
res . adversas . fortiter . sustinuit
librorum . quos . selectissimos . comparaverat
lectione . delectatus . est
vitaque . per . omnia . honestissime . piissimeque . acta
laetus . constans . decess. Kal. octob. an. M. DCCC. XIX.
aetatis . suae . LXIX.
Quisquis . ades . huic . bonas . preces . precare
ut . qui . viventi . Deo . semper . studuit . inhaerere
eodem . mortuus . frui . citius . incipiat
tuque . mores : ita . compone . tuos
ut . post . fata
et . ipse . cum . eo . in . aeternum . fruaris .

XIII.

Viritim data in aede SS. Trinitatis, quae Florentiae est, et Romae edita in Ephem. Arcad. Tom. 9.

Theresiae . Minerbettae
March. Nicolai . Sanctini . Lucensis . viduae
soboli . postremae . nobilissimae . gentis
quae . patriciae . haud . impar . institutioni
cives . exterosque . complures
ingenio . doctrina . aliave . laude . commendatos

sermone . alacri . et . comi . sibi . devinxit
facultatibus . sapienter . utens
eas . vitae . cum . dignitate . degendae
amicorum . commodis . et . pauperum . levamini
impendit
religione . erecta
aerumnas . saevissimi . morbi . patienter . tulit
mortem . fortis . constans . oppetiit
Victoria . Sanctinia . Petri . Torrigiani . March . uxor,
et . M. Anna . Sanctinia
March. Laurentio . Montecatinio . nupta
filiae . et . heredes
supplicatione . indicta
ab . Iesu . pro . hominibus . immolato .
gaudia . sempiternae . beatitatis . exposcunt
Da . requiem . huic . animae . Deus . et . miserere
precantum
Fac . pateat . cunctis . regia . sancta . poli .

CAPVT V.

PERGAMENAE INCLVSAE TVBVLIS PLVMBEIS, QVI
CVM CADAVERIBVS CONDVNTVR.

I.

Florentiae ad Mariae Novellae in tumulo Mazzinghiorum.

A ☧ Ω

Ossa
Iuliae . Peruzziae . clariss. feminae

domo . Florentia

Haec . xv. Kal. Maias . an. MDCCLXXV. Bindo . et Catharina . Arrighettia . patriciis . parentibus . orta aetatis . suae . an. xx. Tedici . Mazzinghio . viro optimo . nobilissimo . in . matrimonium . tradita . est post . cuius . excessum . IV. id . Iunias . an. MDCCCXV. Philippo . Ramiresio . de . Montalvo . viro . item patricio . nupsit . cum . quo . anno . vix . acto immatura . terrae . sed . matura . Superis . vitio iecinoris quo . iamdiu . laborabat . febrique . et . molestissimo aquae . intercutis . morbo . XVII. Kal. Iul. an. MDCCCXVI. exanimata . est .

Religionem . et . pietatem . pro . natura . habuit rem . domesticam . semper . diligenter . est . tuita . suos notosque . omni . benevolentia . pauperes . effusa liberalitate . complexa . est . obsequia . et . sedulitatem famulorum . tum . donis . largissimis . aegra . cum pensione . perpetua . moriens . repensavit .

Iuliam . Zondadariam . Senensem . sororis . suae filiam . haeredem . scripsit . ea . conditione . uti . quando nuptias . inierit . Mazzinghiorum . nomen . et . insigne in . coniugis . familiam . inserat . ad . splendidissimum genus . instaurandum . decusque . eius . in . posterum propagandum . quod . sibi . supremis . viri . primi tabulis . iussum . ne . ipsa . praestaret . adversa valetudo . et . mors . nimis . propera . vetuerunt .

Ave . et . Vale . Iulia . te . Christus . in . pace .

II.

Florentiae in Sacello Pucciorum ad aedem Virginis ab Angelo salutatae. Inscriptio Florentiae edita.

I . X . Θ . Υ . Σ

Memoriae . et . Cineribus
Mariae . Lucretiae . Antinoriae

Haec . Florentiae . orta . v. id . Septemb. an. MDCCXCII. utraque . origine . splendidissima . patrem habuit Americum . Antinorium . equitem . priorem . Ord. S. Stephani . P. M. equitem . e . xx. primoribus . Ord. S. Iosephi . Consiliarium . Ferdinandi . III . M. E. D. et . cubiculariorum . eius . praefectum . Matrem Margaritam . de . Alexandris . Matronam . Ordinis Germanici . ab . cruce . stellata . atque . ab . ipsis voce . et . exemplis . ad . religionem . et . pietatem ceterasque . virtutes . composita . a . laudabilis . vitae semita . ut . semel . eam . est . ingressa . nunquam deflexit. Prid. Id. Septemb. an. M. DCCC. XIV. Aemilio Puccio . Marchioni . Baiulivo . Stephaniano . in matrimonium . data . virum . a . quo . unice . dilecta . est unice . dilexit . a . luxu . otio . et . cupiditatibus omnibus . semper . abhorruit . moribusque . ingenuis et . cum . facilitate . severis . summos . aeque . et infimos . demeruit . Sed . harum . omen . nuptiarum quod . merito . felix . habitum . est . immatura

repentinaque . mors . in . infaustum . convertit . Feturae enim . primae . vitio . et . difficultate . partus . enervata atque . exanguis . effecta . diem . obiit . supremum . III. non . Ianuar . an. M. DCCC. XVI. Maritus . ad . lacrimas relictus . cui . nec . ad . aliquod . acerbissimi . vulneris solatium . filiola . restat . quae . vix . a . medico . obstetricio exclusa . et . aqua . expiata . ad . Superos . evolavit pater . binis . iam . funeribus . uxoris . filiaeque . natu maioris . quae . et . ipsae . in . puerperio . decesserunt adflictus . recenti . externatus . memoriam . optimae feminae . hoc . elogio . commendatam . posteritati voluerunt.

Ave . Ave . dulcis . anima . et . Vale.

III.

Florentiae in conditorio Corsiniorum ad Sacellum gentile in aede S. M. PP. Carmelitarum Calceatorum.

A ☧ Ω

Memoriae . et . cineribus
Felicis . Barberiniae . Matronae
Ordinis . Germanici . ab . cruce . stellata
quae . Romae . ortum . habuit . ibidemque . Bartholomaeo Corsinio . Viro . Principi . nupsit . et . Florentiae obiit . III. Kal. Aug. an. M. DCCC. XVII. aet. s. LXXX. Clarissimae . huius . feminae . laudes . paucis comprehendi . possunt . Dum . virgo . dum . uxor . dum

vidua . fuit . in . id . unum . studuit . ut . requietem . in Christo . aeternam . sibi . post . obitum . compararet. Hinc . religionis . officiis . perpetuam . ferventissimamque dedit . operam . atque . ingentem . pecuniam . partim in . Dei . et . Superum . cultu . partim. in . alendis pauperibus . impendit.

His . ceterisque . aucta . virtutibus . Christiana professione . et . splendidissimo . genere . dignis . notos . et suos . vivens . sibi . devinxit . moriens . gravi . dolore affecit . maxime . Thomam . Principem . et . Nereum Ferdinandi . III. M. E. D. Consiliarium . qui . optimam Matrem . desideratissimamque . hoc . titulo . laudandam curarunt.

IV.

Ibidem

A ☧ Ω

H. S. E.

Antonia . Iosephi . Imperii . Bar. f. Waldstaetten
Vindobonensis

Haec . femina . multis . eximiisque . est . ornata virtutibus . Pietas . in . Deum . benignitas . in . egenos ab . ineunte . aetate . fere . in . naturam . versae . ad tumulum . usque . eam . sunt . secutae . Matribus familias . exemplar . se . praebuit . viro . et . sobole vehementer . diligendis . re . familiari . sedulo . curanda. His . laudibus . solertiam . ingenii . cumulavit . suis

notisque . vixit . acceptissima . Sed . quae . bona sunt . et . ipsa . fluxa . sunt . et . caduca . imo . quam citissimos . habent . exitus . Dum . anni . adhuc . florent et . valetudo . diuturnam . spondet . vitam peripneumonia . correpta . repente . obit . IV. id. April. an. M. DCCC. XIX. aet. s. XXXVII. virumque . et . filios luctu . mergit . gravissimo.

V.

Condita cum corpore V. C. in porticu aedis M. Virginis ab Angelo salutatae, quae Florentiae est. Vulgata in eadem urbe.

A ☧ Ω

Onuphrius . Hieronymi
Ex . Eleonora . Ristoria . F. Bonius
Eq. Ord. S. Stephani . P. M.
Eq. Commendat. Ordinis S. Iosephi
stirpis . suae . postremus.

Hic . natus . Cortonae . XVI. K. maias . an. M. DCC. XLIII. gente . utraque . Patricia . vetustate . et . laudibus maiorum . praeclara . ibidemque . ad . litteras . institutus Pisas . adiit . ut . quadrienni . exercitatione . inter iurisconsultos . adnumeraretur. Mox . a . Petro . Leopoldo M. E. D. in . alam . Protectorum . sacri . lateris . insertus quum . ad . artes . bonas . aptissimum . declarasset ingenium . Romam . annua . auctus . pensione . ab eodem . missus . est . Brevi . spem . indulgentissimi

Principis . nedum . explevit . sed . etiam . vicit . publicatis in . Ephemeride . laudatissima . doctis . satis . atque ingeniosis . praecipue . de . architectura . lucubrationibus queis . plausus . tulit . urbis . aeternae . scitissime . de litteris . et . artibus . iudicantis .

An. M. DCC. XCIII. M. D. Ferdinandus . III. Roma eum . Florentiam . arcessivit . Praefectumque . operibus publicis . per . Etruriam . excitandis . reficiundis . dixit. Quod . munus . honorificentissimum . aeque . et difficillimum . ea . gessit . peritia . sedulitate . abstinentia quam . boni . omnes . laudaverunt . invidi . quod . post hominum . memoriam . paucis . obtigit . sunt . reveriti posteri . omnes . admirabuntur .

Claruit . amicitiis . hominum . tum . genere . tum mentis . acie . et . doctrina . illustrium . ea . praesertim magni . Lanzii . cui . monumentum . in . aede . S. Crucis ex . forma . sua . et . aere . item . suo . et . collaticio extruxit . cuiusque . elogium . exaravit . operibus . ipsius sapientissime . contractis . adnotationibusque pulcherrimis . adiectis . quae . unica . fere . ratio . est viros . celebres . laudandi .

Opellam . antea . ediderat . de . Michaele . Angelo Bonarotio . in qua . divini . huius . artificis . excellentiam contra . Freartii . calumnias . evidentissimis . adserit argumentis . aliasque . haud . paucas . aeque . praestantes in . primis . iocosas . queis . maxime . praeiudicatas de . Etruscis . opiniones . festivissime . irridet .

Subtile . iudicium . quo . videndis . artibus . est . usus ad . alia . etiam . contulit . omnia . ad . quae . animum

intenderet . tantumque . habuit . facetiarum . leporem ut . saepissime . quod . scriberet . semper . quod loqueretur . sal . merum . erat . Quo . fiebat . ut . societas eius . a . multis . expeteretur .

Idem . pius . in . Deum . benignus . in . pauperes . et fautor . perpetuus . partium . optimarum . fuit . Iustitiae et . veritati . in . exemplum . addictus . atque . assentationis inimicus . semper . animi . sensa . libere . extulit . nihil ad . aucupandam . gratiam . aut . dixit . aut . fecit . aut scripsit . et . a . proposito . quod . sibi . esset persuasissimum . deterreri . nunquam . potuit .

Tandem . viribus . ex . iteratis . apoplexis . ictibus absumptis . placidissime . ob. III. Id. April. A. M. DCCC. XVIII. scripto . herede . Iosepho . Hieronymo . filio . natu maiore . Ioannis . Baptistae . Baldellii . qui . et . ipse testamento . ab . avunculo . desideratissimo . honoratus eundem . quem . viventem . coluit . summaque benevolentia . complexus . est . mortuum . hoc . titulo commendatum . postero . aevo . voluit .

CAPVT. VI.

EPITAPHIA VIRORVM

I.

Florentiae in porticu aedis M. V. ab Angelo salutatae. Prodiit Romae in Ephemeride Arcad. Mens. Octobr. 1821.

A ☧ Ω

Iosepho . Maganzio . Mucellano
fecerunt . moestissimi . Filii
grata . memoria . prosequentes
patrem . optimum . desideratissimum
qui . sanctae . liberalique . eorum . institutioni
egregie . studuit
ipsisque . virtutum . omnium
queis . vitae . et . excessus . paratur . tranquillitas
uno . in . se . spectata . ostendit . exempla .

II.

In sacello rustico gentis Alexandriae, quod est in agro vulgo Petroio *Dioecesis Florentinae.*

A ☧ Ω

Cosmae . Ioannis . F.

Ex . Margarita . Alamanniorum . Aloisii . carminibus
illustrium . postrema . sobole
de . Alexandris . equiti . Stephaniano
viro . optimo . comi . munifico
qui . nobilissimo . oblectamento
equos . cursu . certantes . aluit
victoriisque . eorum . creberrimis . in . laetitiam . effusus
stipem . plaudenti . populo . ingentem . largitus . est
pius . vix . an. LXVII. d. XVI. decess. III. id. Novem.
an. M. DCC. LXXXVII.
Ioannes . Filius
patri . desideratissimo . pos. memoriae . caussa
et . ut . legentes . animae . beneficentissimae
bonas . preces . precentur.

III.

Florentiae in Sacello Capponiorum ad Felicitatis.

A ☧ Ω

Senatori . Ferdinando . Carolo
Ferrantis . F. Capponio
composito . in . aede . Chartusianorum
Camillo . Capponio . condito . Florentiae
apud . Sodales . Stigmatician.
Sanctimonialibus
Theresiae . Fideli . et. Magdalenae . Constanti
Capponiis
in . Arce . Veteri . extra . urbem . sepultis

Carolo . Mariae . Capponio . ibidem . sito
Ferrantes . Capponius
parenti . fratri . sororibus . filiolo . pos.
ut . quorum . dissociata . sunt . ossa
eorum . saltem . memoria
heic . inter . gentilium . cineres . et . titulos . consocietur.

IV.

Florentiae ad S. Crucis.

Α ☧ Ω

Gaspari . Io. Mathiae . f. Paoletto
Architectorum . operibus . publicis
per . Etruriam . extruendis , reficiundis . primo
Magistro . Architecturae . in . Acad. Flor.
qui . gloriam . a . Philip. Brunelleschio
et . L. B. Albertio
instauratione . artis . urbi . nostrae . comparatam
ipsa . denuo . restituta . geminavit
cuius . sagacissimo . ingenio
testudo . et . sacellum . picturis . insignia
pristino . loco . cunctis . admirantibus . amota . sunt
vix . an. LXXXV. m. II. d. XII.
deces. XI. K. mar. an. M. DCCC. XIII.
Rosa . Bassinia . Coniugi . incomparabili
decori . aevi . sui
monumentum . supremis . tabulis . fieri . iussit.

V.

Florentiae in porticu S. Mariae Maioris.

A ☧ Ω

Ioachimo . Vallesio
Viro . pientissimo
qui . vix. an. LIX. d. XV. deces. XII. Kal. octobr.
an. M. DCCC. V.
Vanninii . Fratres . haeredes . avunculo . b. m. pos.
qui . legis
memento . brevitatem . vitae . et . huic . animae
requiem . Superum . adprecare.

VI.

Ibid. in porticu aedis S. Stephani.

A ☧ Ω

Ossa
Antonii . Francisci . F. Zannonii
rarissimi . iuvenis
huc . sunt . illata
vultusque . eius . cum . ellogio
ad . dextrum . templi . parietem
positus . est
ex . auctoritate . M. D. Ferdinandi . III.
Principis. nostri . indulgentissimi.

VII.

In eadem aede ad effigiem optimi Iuvenis

Ι . Χ . Θ . Υ . Σ

Antonio . Francisci . f. Zannonio
Subpraefecto . Bibliothecae . Marucellianae
iuveni . indolis . candidae . suavissimae
religioso . integerrimo . benigno
qui . graecam . latinam . vernaculam . linguam
subtilissimo . iudicio . calluit
et . quum . acri . praeditus . esset . ingenio
multiplicique . instructus . doctrina
itemque . adsidue . meditaretur
et . quae . in . animo . versabat . audiebat . legebatque
penitissime . sentiret
copiosus . et . perspicax . in . dicendo . scribendoque
longe . supra . annos . fuit
poetae . eleganti . robusto
in . quo . tragoedia . italica . multum . amisit
vixit . an. xxiv. m. iv. d. xxv.
obiit . ex . phthisi . vi. id. novembr.
an. m. dccc. xv.
mortemque . eius . velut . iacturam . publicam
tota . civitas . doluit
Ioannes . Baptista . frater
insolabiliter . moerens
fratri . discipulo . amico
pou. cur.

VIII.

Florentiae in porticu aedis Marianae PP. Carmelitarum calceatorum. Velim scias, Lector, meos non esse errores, quos in marmore videbis; sed eius, qui titulum rota currus onerarii confractum me inscio restituit.

A ☧ Ω

Aloisius . Iunctinius . et . Virginia . Follinia
fecerunt . Alexandro . filiolo . pulcherrimo
multaeque . spei
qui . ob . prope . quinquennis . an. M. DCCC. XVI. V. Kal. ian.
quod . bona . eram . praeditus . indole
placui . vobis . dulcissimi . Parentes
at . ob . ipsam . et . Deo . qui . dederat . placui
idcirco . is . me . cito . ad . sedes . piorum . adtraxit
morsque . rapuit . tenellum
velut . qui . calyce . nedum . plene . eruptum
decerpit . flosculum.

IX.

Icuvium missa.

A ☧ Ω

Thomae . Fratellinio . I. C.
domo . Spoleto

Praefecto . Tiferni . Tiberini . praefecto . Ieuvii
viro . optimo . studia . omnium . virtutibus . amplissimis
promerito
qui . dum , ad . repellendum . acuti . morbi . contagium
summis . viribus . adniteretur
eo . est . interceptus . an. M. DCCC. XVII.
aet . s. plus . minus . XXXIII.
et . in , sepulcreto . publico . quod . ipse . salubritati
urbis . nostrae
aperuerat . conditus . est
amici . cum . lacrimis . b. m. posuerunt.

X.

Campi in sacello rustico Montalviorum.

A ☧ Ω

Bernardino . Ferdinandi . f. Ramiresio . de . Montalvo
Saxettae . domino
viro . . religiosissimo . domestica . civicaque . laude
praeclaro
qui . censum . patrium
Sanctimonialium . pupillorum . amicorumque
prudenter . abstinentissimeque . procuravit
et . aetatis . suae . an. LII.
vehementi . morbo . correptus
immaturam . mortem . luctus . suorum . et . publicum
sancte . obiit . VIII. id. ma.. an. M. DCCC. XVII.
M. Anna . Spannocchia . Piccolominea

coniugi . incomparabili . patrifamilias . perdiligenti
Laurentius . Philippus . Nicolaus . Antonius
fratri . natu . maiori . columini . domus
cuius . praesertim . opera
iuventus . eorum . post . patris . excessum
ad . pietatem . concordiam
liberalemque . animi . cultum
composita . est.

XI.

Ubi sit conditus ignoro.

A ☧ Ω

Philippo . Eleazari . F. Luzio . med. doctori
domo . Castro . novo . in . valle . Arni . superiore
qui . ingenio . comitate . adfectione
erga . suos . amicosque
sed . magis . caritate . in . aegrotos . praeclarus
quum . his . sedulo . et . sine . quaestu . mederetur
morbi . contagione . tentatus
animam . fortis . prodegit . VIII. Kal. Iun.
an. M. DCCC. XVII. aet. s. plus . minus . XXXVII.
pater . et . fratres . infelicissimi
in . doloris . solatium
et . ad . memoriam . tantae . virtutis . posteritati
tradendam
titulum . benemerentissimo . pos.

XII.

In aede S. Gervasii extra urbem.

A ☧ Ω

Michaeli . Bandinellio
Iurisconsulto . solerti . abstinentissimo
qui . suos . omni . benevolentia . prosequutus
diem . ob. supremum . III. Kal. Iul. an. M. DCCC. XVII.
aet. s. p. m. XLIII.
et . heic . ubi . testamento . iussit
prope . cineres . Magdalenae . sororis
et . Annae . Sborgiae . filiae . eius
conditus . est
Fortunata . Bandinellia . cum . Aloisio . Bardio . coniuge
fratri . et . leviro . b. m. pon. cur.

XIII.

Florentiae in porticu aedis ab S. Cruce.

A ☧ Ω

Vincentio . Alexandri . f. Plumbio
Sacerdoti . sedulo . poetae . non . contemnendo
qui . animi . candore . solertia . ingenii
et . affabilitate . sermonis . ornatus
bona . satis . ampla
quae . honestis . rationibus . comparaverat

in . ferenda . egenis . et . calamitosis . ope
universa ferme . profudit
pius . vix . an. LXXVIII. m. V. d. XXIV.
placidissime . ob IV. Kal. aug. an. M. DCCC. XVII.
diuturno . saevissimoque . morbo . fortiter . tolerato
Angelus . Bargilius . heres
viro . rarissimo . et . de . se . optime . merito
titulum . multis . cum . lacrimis . pos.

XIV.

In aede S. Marci Veteris extra urbem.

A ☧ Ω

Angelo . Dominici . F. Angiolinio
pictori . prospectuum . ruralium (1)
e . primoribus . aetatis . suae
qui . spe . caelestis . beatitatis . erectus
adversam . fortunam
saevum . longi . temporis . morbum
vitaeque . iacturam . fortissime . tulit
vix. an. LX. m. VI. d. XIV.
decess. XII. K. Septemb. an. M. DCCC. XVII.
luctus . domus . suae . quam . sancte . rexit
. et . moeror . amicorum
quos . complures . probitate . et . candore . sibi . paraverat
Iosephus . fratri . unanimo

(1) *Pittore di Paesi*.

Georgius. Aloisius . et . Alexander . patri . desideratissimo
pos.

XV.

Ad S. Francisci de Paula prope Florentiam.

A ☧ Ω

Francisco . Caietani . f. Vanninio
qui . inter . sodales . Misericordiae . adlectus
noctes . ministrando . aegrotis . saepissime . vigilavit
artubusque . et . oculis . captus
molestias . morbi . ad . an. v. sine . questu . pertulit
decess. prid. K. novemb. an. M. DCCC. XVII.
aet. s. XLVI. m. VI. d. IV.
fratres . moerentes . titulum . pos.

XVI.

In aede S. Miniatis ad montem prope Flor.

A ☧ Ω

Memoriae . et . cineribus
Iosephi . M. Andreae . f. Bronzuolii
servi . a . cubiculo . Petri . Franc. Moralii
Archiepiscopi . Florentini . ad . an. XXXV.
eique . ob . probitatem . fidem . sedulitatemque
et . abstinentiam . carissimi
qui . pius . vix. an. LVI. m. X. d. XV.

decess. luctus . heri . et . domus . suae . v. id. decembr.
an. M. DCCC. XVII.
fecerunt . filii . patri . desideratissimo.

XVII.

In porticu aedis S. Spiritus, quae Florentiae est,

A ☧ Ω

Carolo . Benedicti . f. Corsio
domo . Anglario
pro . Subcenturione . in . peditatu
Tusciae (1)
iuveni . religioso . frugi . iucundo
qui . rem . familiarem . prudenter
honestissimeque . administrando
aere . alieno . fere . expedivit
vix. an. XXVII. men. XI. d. VIII.
decess. IV. id. novemb. an. M. DCCC. XVIII.
Eleonora . Duccia . filio . desideratissimo
cuius . testamento . honorata . est
Iulianus . Angelus . Ioannes . heredes
fratri . b. m. posuerunt.

(1) *Sottotenente*.

XVIII.

Florentiae in aede S. Spiritus.

Α ☧ Ω

Carolo . Ioannis . f. Septimanio . eq. Steph.
Tribuno . alae . custodum . corporis . M. Aloisiae . Etr. R.
viro . solerti . religioso . pientissimo
otio . et . oblectationibus . inimico
qui . muneribus . publicis . iuste . perfunctus
re . familiari . sedulo . administrata
et . stipe . in . pauperes . effusa
decess. v. Kal. decemb. an. M. DCCC. XVIII.
aet. s. XL. m. III. d. XVII.
M. Magdalena . Corsia . Salviata
Coniugi . unanimo
quem . repentino . acerbissimoque . fato . ereptum
quoad . vita . suppetet . lugebit
filii . patri . dulcissimo
cuius . sanctissima . monita . et . virtutum . exempla
perpetuo . tenebunt . sectabuntur
fac. cur.

XIX.

Florentiae in porticu minori aedis S. M. Novellae. Florentiae edita in opere: Meditazione sopra l' Albero della Croce.

A ☧ Ω

Francisco . Nicolai . f. Fontanio
Romae . doctori . rhetoricae . et . linguae . graecae
in . collegio . Bandinelliano
Florentiae . Magistro . Clericorum . ad . S. Laurentii
praefecto bibliothecae . Riccardianae
Sodali . Academ. Furfureorum . Georgophilorumque
censori . libris . edendis
Sacerdoti . frugi . comi . obsequenti
in . opis . indigos . liberalissimo
qui . compluribus . praesertim . de . re . antiquaria
de . artibus . optimis
de . patriae . et . illustrium . virorum . historia
in . lucem . prolatis . voluminibus
domi . forisque . maxime . inclaruit
vix. an. LXX. m. VI. d. XI.
decess. prid. non. decemb. an. M. DCCC. XVIII.
fratris . filii . heredes . patruo . desideratissimo
cui . ob . singularem . eius . in . se . adfectionem
honoremque . litteraria . dignitate . genti . comparatum
plurimum . debent . mon. pon. curarunt.

XX.

In eadem aede ad monumentum.

A ☧ Ω

Francisco . Fontanio . Sacerdoti
fratris . filii . patruo . b. m.
ob . morum . integritatem . et . laudem
multiplici . doctrina
editisque . voluminibus . comparatam
pos. an. M. DCCC. XXI.

XXI.

Florentiae ad S. Luciae.

A ☧ Ω

Zenobio . Liborii . f. Farolfio . civ. Flor.
Sacerdoti . pio . festivo . diserto
Moderatori . Sodalium . Stigmaticianorum
ad . an. circiter . XXX.
qui . Ecclesiae . sacris . praesertim . concionibus
valde . fuit . utilis
vix. an. LXIV. m. V. d. X.
decess. XIII. Kal. iun. an. M. DCCC. XIX.
Fratres . et . Amici . b. m. pos.

XXII.

Fabrianum missa.

A ☧ Ω

Caesari . com. Diomedis . f. Peribertio . Sanctaecruci
studiis . humanitatis . poesi. praesertim
et . severioribus . disciplinis . erudito
de . patria . et . Matilica
inter . cuius . decuriones . erat . adlectus
ob . honores . publicos . utrobique . sapienter . gestos
optime . merito
qui . pius . vix. an. XXXIX. m. VII. d. XIX.
decess. XI. Kal. novem. an. M. DCCC. XIX.
Com. Diomedi . Caes. f. Peribertio . Sanctaecruci
viro . religiosissimo
virtutibus . omnibus . homine . patricio . dignis . exculto
qui . domus . suae . decus . opesque . honestis . rationibus
amplificavit
valetudinario . proiectarumque . puellarum . contubernio
in . patria . cum . laude . praefuit
et . Matilicae . curator . collegii . Virginum . Claranarum
ad . aedem . S. M. Magdalenae
in . qua . relliquiae . Beatae . Mathiae . Nazareniae
adfinis . eius . adservantur
collegii . ipsius . utilitati . maxime . studuit
vix an. LXXVIII. m. IV. d. I.
decess. dolore . vehementissimo . ex . obitu . filii . accepto

prid. Kal. decemb. an. M. DCCC. XIX.
et . memoriae
Ritae . Caroli . Com. filiae . Finaguerrae
domo . Matilica
Matronae . forma . eximia
religione . commemorabili
benignitate effusissima
quae . vix. an. LXIX. m. IX. d. IX.
decess. VIII. id. iul. an. M. DCCC. XV.
Comes . Goffridus . Peribertius . Sanctacrux
tam . carorum . capitum . iactura . externatus
fratri . et . patri . carissimis
quos . in . gentili . huius . aedis . conditorio
composuit
et . matri . desideratissimae
quam . tumulo . sui . iuris . intulit . qui . Matilicae . est
ad . S. Francisci
titulum . et . lacrimas . dat.

XXIII.

Missa Dovadulam. Edita Romae in Ephem. Arcad. vol. X.

Α ☧ Ω

Aloisio . Raynerio . qui . et . Biscia
domo . Dovadula
gente . ab . ultima . origine . Foroliviensi
et . ab . atavis . patricia

illustriorum . per . Italiam . Academiarum . sodali
homini . omni . virtute . exornato
qui . amplissimos . sibi . in . varia . rei . publicae
fortuna . conlatos . honores
sedulitate . et abstinentia . gessit . commemorabili
carminibusque
iis . praesertim . quae . de . aniso . scripsit
et . libris . de . veterum. monumentis . aliaque . doctrina
compluribus
laudem . a . suis . exterisque . ingentem . consecutus . est.
vix. an. LXXV. d. XXVIII.
decess. VII. Kal. Febr. an. M. DCCC. XX.
Antonius . f. parenti . opt. de . se . merito
ornamento . familiae . et . patriae
cum . lacrimis . pos.

XXIV.

Icuvium missa.

Α ☧ Ω

Ignatio . Ondedeio . Icuvino
nobilitate . patricia
praeposito . aedis . primoris . in . patria . sua
vacuoque . ibidem. . pontificatu . vice . sacra . antistiti
ad . an. VI.
quibus . infelicissimorum . temporum . victor
constantiam . animi . officio . et . religione . erecti
prompsit . admirabilem

facilitate . adloquii . et . morum . sanctitate
omnes . ad . sui . studium . et . observantiam . excitavit
sacerdoti . prudenti . et . omnigena . eruditione . praeclaro
theologo . oratori . poetae
quem . Sodales . Arcadici . ceterique . per . Italiam
litteratorum . hominum . coetus . celebriores
in . album . suum . retulerunt
decess. mense . martio . an. M. DCCC. XX.
funusque . eius . lacrimis . civium
summum . se . in . ipso . decus . amisisse . profitentium
honestatum . est
Carolus . Bernabeius . amico . optimo . desideratissimo.

XXV.

Apuam missa

A ☧ Ω

Hieronymo . Pavesio
Decurioni . Apuano
Societatis . Iesu . quamdiu . ea . mansit . sodali
Archidiacono . in . patria
ibidemque . pontifici . ad . an. XXIII.
in . suis . obeundis . muneribus . diligentissimo
vitae . integritate . virtutum . exemplis
et . moribus . suavissimis
reverentiam . admirationemque . omnium . ordinum
promerito
vix. an. p. m. LXXXI. decus . suorum . et . civium

decess. v. Kal. Iul. an. M. DCCC. XX.
moerore . publico . praesertim . egenorum
queis . larga . stipe . subvenerat . honestatus
March. Aloisius . Pavesius
fecit . patruo . optimo . desideratissimo
pietatis . et . memoriae . caussa.

XXVI.

Florentiae, in porticu Aedis omnium Sanctorum.

A ☧ Ω

Caesari . M. Iacobi . F. Rappio
domo . Liburno
Florentiae . sodali . Consilii . a . commerciis
in . eodemque . iudici . bis
viro . optimo . commemorabili
cultori . adsertorique . iustitiae
et . in . universis . religionis . officiis . adimplendis
diligentissimo
qui . iura . censusque . viduarum . et . pupillorum
sedulo . est . tutatus
inopes . large . aere . iuvit
consulentes . haesitatione . prudenter . expedivit
pius . vix. an. XLV. m. VI. d. XXVIII.
fortis . constans . decess. VI. id. Aug . an. M. DCCC. XX.
Francisca . Papia . marito . desideratissimo
cui . vidua . nupsit
quem . ob . exempla . virtutum . clarissimarum

suspexit . semper . observavitque
titulum . multis . cum . lacrimis . p.

XXVII.

Brixiam missa. Relata in Ephemeride Arcad. Tom. X.

Iacobo . Pederzolio
domo . Salodio
vetustissimae . optimeque . de . patria . meritae . gentis
postremo
qui . solertissimum . cum . bonitate . naturae
sortitus . ingenium
eloquio . iudicio . doctrina . maxime . inclaruit
omnes . vel . quos . infensos . erat . expertus
re . consilio . auctoritate . constanter . iuvit
inlustria . munera . sedulo . et . abstinenter . gessit
ampliora . in . exemplum . modestus . recusavit
pius . vix. an. p. m. LXVIII.
decess. inter . publicas . lacrimas . VII. id. septem.
an. M. DCCC. XX.
amici . ad . quantulumcumque . doloris . solatium
viro . usquequaque . laudabili . rarissimo . pos.

XXVIII.

Florentiae ad S. M. Novellae.

A ☧ Ω

Cosmae . Raynerii . F. Rossio . Meloechio
domo . Pistorio . eq. Steph.
Subpraefecto . Academiae . Florentinae
artium optimarum
quas . artes . architecturam . praesertim
et . bene . calluit . et . scriptis . probatissimis . illustravit
Amici . moerentes . viro . suavissimo . pos.
vix. an. p. m. LXIV. decess. IV. id. octob. an. M. DCCC. XX.

XXIX.

Florentiae in porticu aedis Marianae Carmelitarum calceatorum.

A ☧ Ω

March. Aloisio . Gasparis . F. Ordognez . de . Rosales
domo . Mediolano . cubiculario . Augusti
militique . gradus . satis . eminentis
in . exercitu . eius . ad . an. XXX.
qui . Florentiae . ob. Kal. novemb. an. M. DCCC. XX.
aet. s. LXXI. m. I. d. X.
March. Gaspar . Fil. et . Maria . a . Pado . uxor
patri . et . coniugi . desideratissimo . pp.

XXX.

In aede S. Petri in Salutari *prope Dovadulam.*
Edita Romae in Ephemer. Arcad. Tom. X.

A ☧ Ω

Ioanni . Stephani . F. Querciolio . Sacerdoti
domo . Dovadula
Tredotii . publice . et . Foro . Livii . in . contubernio
Clericorum
doctori . humaniorum . litterarum
Scribae . Theologo . Vicario . Pontificis . Foroliviensis
et . apud . eundem . ab . examine . iuvenum
Ecclesiae . ordinibus . initiandorum
curioni . maiori . aedis . principis . in . patria
inter . sodales . complurium . Academiarum . adlecto
viro . ingenio . doctrinaque . sua
et . fama . discipulorum . praeclaro
qui . Archipresbyter . huic . templo . datus
domum . curialem . fere . ab . inchoato . refecit
censum . agrorum . cultura . melius . constituta
amplificavit
pius . vix. an. LXXIV. m. IX. d. XVIII.
decess. XV. Kal. decemb. an. M. DCCC. XX.
Michael . Querciolius . fratris . f. patruo . optimo
desideratissimo . pon. cur.

XXXI.

In aede primore Vici vulgo Le Pomarance *Dioecesis Volaterr.*

A ☧ Ω

Antonio . Dominici . f. Bartolinio
viro . iusti . retinentissimo
qui . officia . professionis . christianae . universa
ex . animo . et . diligenter . est . exequutus
irreligiosos . homines . aut . fugit
aut . libero . severissimoque . castigavit . sermone
idem . culturae . agrorum . peritissimus
censum . patrium . honesta . auxit . industria
arbiterque . vel . praediis . aestimandis
vel . bonis . dividundis . vel . controversiis . componendis
delectus
parti . utrique . semper . et . cumulatissime . satisfecit
vixit . an. LVII. d. XX.
ob . probitatem . et . festivam . indolem . omnibus . carus
pie . decessit . nonis . februar . an. M. DCCC. XXI.
Dominicus . Morenius
Canonicus . Basilicae . Laurentianae . quae . Florentiae . est
immaturo . amici . iucundissimi . obitu . in . moerorem
effusus
hunc . ei . titulum . pignus . caritatis . supremum . pon . cur.

XXXII.

Florentiae in porticu aedis S. Crucis. Edita in Ephem. arcad. Vol. 33. p. 397.

A ☧ Ω

Iosepho . Petri . f. Sarchianio . I. C.
domo . Sancto . Cassiano
Florentiae . doctori . litterarum . graecarum
tuscarumque
Scribae . a . commentariis . Academiae . Georgophilorum
in . sodales . furfureos
quibus . est . ius . suffragii . adscito
praefecto . tabularii . ab . diplomatibus
viro . in . propositis . constanti
et . libertate . in . sensis . animi . expromendis
admirabili
qui . de . commercio . artibusque . et . manupretiis
Tuscorum
intelligentiore . scripsit . iudicio
vernaculam . linguam . Boccaccii . fabulas . c.
et . Tassi . Hierosolymam
disertissimis . publice . habitis . orationibus . illustravit
in . eruditis . hominibus . ellogio . ornandis
carminibusque . praesertim . latinis . pangendis
enituit
vix. an. LXXIV. m. V. d. XXVII.
pie . excessit . XIV. Kal. iul. an. M. DCCC. XXI.

Iosephus . Sarchianius . fratris . f. heres . patruo . b. m.
fundatori . domesticae . dignitatis . pon. cur

XXXIII.

Ad aedem curialem montis Ughii.

A ☧ Ω

Bartholomaeo . Iosephi . f. Vannucchio
domo . Florentia . gente . castro . Florentino . oriunda
scribae . consilii . causis . ultima . provocatione . iudicandis
homini . priscae . morum . integritatis
pietate . in . Deum
diligentia . in . re . familiari . curanda
et . liberalitate . in . sobole . instituenda
probatissimo
qui . vix. an. LXVI. m. IX. d. VI.
decess. ex . hydrope III. Non. Septembr. an. M. DCCC. XXI.
et . heic . ubi . voluit . prope . cineres . Cathariuae
Bruniae
dilectissimae . uxoris . compositus . est
Atilius . Maria . Vannucchius
patri . optime . de . se . merito.

XXXIV.

Florentiae, in aede S. Stephani.

A ☧ Ω

Michaeli . Archangelo . Valeriani . f. Baldinio

huius . aedis . presbytero . priori . ad . an. XXXVIII.
viro . humilis . animi . et . mansuetissimi
in . Deo . et . Superis . prece . adorandis . adsiduo
sedulitate. et . constantia . in . suis . obeundis. muneribus
admirabili
qui . aegros . condemnatosque . capitis
piissimis . adloquiis . est . solatus
quot. hominum. potuit . ad . spem. aeternae . beatitatis
erexit .
omnibus . vitae . integerrimae . exemplo . praeluxit
egenisque . de . paupere . censu . iuvandis
ipse . in . maximam . devenit . inopiam
vix. an. LXIX. m. VII. d. v.
decess. v. Kal. Octobr. an. M. DCCC. XXI.
eique . sumptu . publico . iusta . sunt . persoluta
et . ad . corpus . exanime
concursus . civitatis . fere . universae
sacerdotem . sanctum . obiisse . inclamantis . factus . est
Franciscus . Ferocius . aedituus . stipe . collaticia
b. m. pon. cur.

CAPVT VII.

Epitaphia Feminarvm

I.

In sacello rustico gentis Alexandriae in agro vulgo Petroio.

A ☧ Ω

Heic . sita . est
Virginia . Ruperti . Marchionis . f. Capponia
religiosissima . femina
quae . universo . matris . familias . officio
nunquam . defuit
vix. an. lix. m. xi. d. xiii. decess. xvi. Kal. Aug.
an. m. dcc. xcviii.
Ioannes . de . Alexandris
matri . carissimae . pos.
qui . legis . dicito
Iesu . clementissime . aeternam . huic . animae
in . te . requietem . da.

II.

Florentiae in aede S. Luciae ab domibus ruina delapsis.

☧

Ave . et . Vale . Alexandrilla

Balthassar . de . Barberino
centurio . in . peditatu . M. E. Ducis
et . Iosepha . Schemidia
parentes . infelicissimi
fecimus . filiolae . innocentissimae
delicio . quandiu . ea . vixit . nostro
desiderio . item . nostro . quandiu . vivemus . nos
ad . superos . evolavit . an. M. DCCC. XV.
VII. Kal. ianuar.
aet. s. v. m. III. d. XII.

III.

Florentiae ad aedem Mariae V. ab Angelo salutatae in gentili Pucciorum sacello.

Α ☧ Ω

M. Lucretiae . Americi . f. Antinoriae
feminae . optimae . comi . ingeniosae
quae . religioni . serviens
et . cupiditatibus . imperans
aevo . suo . posteroque . exemplar . se . praebuit
vix. an. XXIII. m. III. d. XXV.
decess. in . primo . puerperio
III. non. ianuar. an. M. DCCC. XVI.
Aemilius . Puccius . uxori . dulcissimae
O . pater . o . coniux . ne . me . doleatis . ademptam
Non . rapior . terris . reddor . at . ipsa . polo.

IV

Florentiae ad S. Mariae Angelorum.

A ☧ Ω

Memoriae
Iuliae . Bindi . f. Perutiae
Viduae. Tedicis. Mazzinghii, gentis. suae, postremi
in. cuius. tumulo. ad. M. Novellae. condita .est
uxoris. Philippi. Ramiresii. de. Montalvo
qui, ab. ea. liberalissime. testamento. honoratus
feminae. comi. morigerae. benignae. pientissimae
cum. qua. annum. sine. iurgiis. fecit
heic. prope. maiorum. suorum. cineres
titulum. respersum. lacrimis. pos.
vix. an. XLI. m. I. d. XXVII. decess. XVII. Kal. iul.
an. ☧. DCCC. XVI.

V.

Florentiae in porticu minori aedis S. Mariae Novellae.

A ☧ Ω

Theresiae. Gasparis. f. Martiniae. Mucellanae
Laurentii. Baldinii
. feminae. religiosae. amore. erga. virum
et. sobolem

et . sedulitate . in . re . domestica . curanda
spectatissimae
quae . ob. VIII. id. Decemb. an. M. DCCC. XVI.
aet. s. LIV. m. VIII. d. X.
filii . moerentes . matri . carissimae .

VI.

Florentiae in porticu aedis M. Virginis ab Angelo salutatae.

A ☧ Ω

Annae . M. Simonis . f. Mancae
domo . Sassari . in . Sardinia
viduae . Comitis . Petri . Granerii
cooptatae . in . ordinem . Reginae . Hispaniarum
feminae . optimae . pientissimae . in . egenos . effusae
quae . matronalem . gravitatem . facilitate . temperans
plebem . patricios . et . viros . principes . aeque . demeruit
vix. an. LXXVII. m. II. d. I.
decess. IV. non. ianuar. an. M. DCCC. XVII.
M. Raphaela . Cugia . heres . ex . semisse
aviae . suae . sorori . pon. cur.

VII.

Florentiae ad S. Felicitatis

A ☧ Ω

Heic . sita . est

M. Anna . de . Collembach
domo . Vindobona
Vidua . Bar. Petri . Philippi . Herbert . Rathkeal
consiliarii . Augusti . legatique . eius . ad . Turcarum
Imperatorem
educatrix . filiarum . Ferdinandi . III. M. E. D.
quod . unum . sat . est . tumulo . inscribi
quum . virtutes . eximias . queis . amplissimum . munus
promeruit
facile . quivis . animo . adsequi . possit
vix. an. LVI. m. VIII. d. XIX.
decess. III. non . april. an. M. DCCC. XVII.

VIII.

Liburnum missa

Memoriae . et . cineribus
Com . Clarae . Victoriae . Elisabethae
de . Bresslr . domo . Saxonia
cuius . pulchritudinis . decus
virtutum . nobilissimarum . laude
cumulatum . est
decess. Florentiae . V. id. novemb. an. M. DCCC. XVIII.
aet. s. XVI. m. VIII. d. VII.
Stulti . qui . fidunt . forma . et . florentibus . annis
Mors . ex . his . semper . grata . trophaea . tulit .

IX.

In Sacello rustico cl. fem. Magdalenae Frescobaldiae Capponiae prope Castrum Francum.

A ☧ Ω

M. Annae . Dominici f. Papiniae
domo . Castro . Franco
virgini . piae . modestae . recessus . perdiligenti
quae , indicio , et . consilio . prudens
benevolentia . et . iucunditate . fuit . omnibus . accepta
atque ex . abundanti . inops . facta
constantiam . animi . religiosissimi . nunquam. infregit
decess. VI. non. Mai. a. M. DCCC. XIX.
aet. s. LXXXVII m. VII. d. X.
Magdalena . Frescobaldia . Capponia
feminae . ad . suavissimam . Dei . legem . sapienti
quam , contermina . villa . sua . aluit . an. circiter . VIII.
conditorium . heic . dedit . et . titulum . addidit
memoriae , pietatisque . caussa.

X.

Florentiae in porticu aedis S. Stephani

A ☧ Ω

Mariae . Annae
Petri . Civis , Florentini . f. Landiae

feminae . indole . simplici . et , moribus . austerissimis
quae . curas , duxit . inanes sibi . esse . omnes
nisi . quas . Deo . viro . liberis
et . rei . domesticae . impenderet
vix . an. LXX. m. VII. d. XXIX. decessit . constanter . et sancte
VII. Kal. aug. an. M. DCCC. XIX.
Franciscus . Zannonius . uxori . desideratissimae
Io. Baptista . Sacerdos . et . Caietanus
cum . Margarita . et . Barbara . sororibus
matri . optime . de . se . meritae
cuius . iacturam . tum . flere . desinent
quum . tumulo . et . ipsi . condentur.

XI.

Florentiae in porticu minori aedis Marianae Sodalium Cassinensium.

A ☧ Ω

Adelaidi . Clementis . f. Tertiae
domo . Bergomo
feminae . religiosae . viri . diligentissimae
quae . decess. ex . phthisi . XIV. Kal. septemb.
an. M. DCCC. XX. aet . s. XXV.
Ioannes . Ammannatus
Subcenturio . (1). in . cohorte . peditatus . tusci

(1) *Tenente nel Reggimento de' Granatieri.*

a . missili . igne . nuncupata
uxori . optimae . desideratissimae . cum . lacrimis . pos.

XII.

In porticu primo aedis S. Spiritus, quae Florentiae est.

Α ☧ Ω

Geneveffae . Sardon
domo . Versaliis
Viduae . Aloisii . Leblanc
feminae . optimae . rarissimae
quam . nec . provecta . LXX. fere . annorum . aetas
nec . passuum . millia . amplius . DCCCC.
nec . orae . maritimae . in . qua . sibi . esset . morandum
insalubre . coelum . deterruerunt
quin . iter . ad . carissimos . susciperet . liberos
in . quorum . benevolentia . reliquam . ageret . vitam
complexuque . decederet
quod . Florentiae . accidit. III. non. octob. an. M. DCCC. XIX.
aet. s. LXXVII. m. I. d. V.
filii . iidem . matri . desideratissimae . moerentes . pp.

XIII.

In porticu aedis M. Virginis ab angelo salutatae.

Α ☧ Ω

Petrus . Baldigianius

et . Maria . Dorothea . Scarlattia
parentes . infelicissimi
fecimus . Theresiae . filiae . dulcissimae
quae . innupta . ob. VII. Kal. Febr. an. M. DCCC. XX.
qui . leges . acerbissimumque . funus . collacrimabis
merentissimam . animam . D. O. M. commenda.

XIV.

Florentiae in impluvio ad Felicitatis.

A ☧ Ω

Hic . sita . est
Theresia . Ioannis . f. Nicolia
Virgo . Franciscana
ord. capuc. collegii . Perusini . ad . S. Clarae
servantissima . officiorum . instituti . sui
in . coenobio
eo . dissoluto . sanctitatis . exemplar
propositi . tenax . se . praebuit
restitutoque . mansit . extra . septa
indulgente . Pio . VII. P. M.
ob . molestissimum . aquae . intercutis . morbum
quem . patientissime . sustinuit
ex . quo . ob. VIII. id. Septembr. an. M. DCCC. XX.
aet. s. LVI. m. VIII. d. VI.
Io. Baptista . Politus . fecit . b. m. pietatis . caussa.